circo interna non conspiciunt.
quia caput non in lapide sed inter
ra posuerunt. Plerumque mona
chis contingit ut quanto securius
ab exterioris actionibus cessant.
tanto latius inmunde in se cogita
tionis strepitum potium congerant.
Unde sub iudeae specie p(er) prophetam
suspensis otio anima defletur cu(m)
dicitur. Uiderunt eam hostes &
deriserunt sabbata eius. Precepto
legis ab exteriori opere in sabbato
cessatur. Hostes ergo sabbata ui
dentes inridunt cum maligni sp(iritu)s
ipsa uacationis otia ad cogitatio
nes inlicitas p(er)trahunt. & unaq(uae)
que anima quo remota ab exter
nis actionib(us) d(e)o seruire creditur.
eo magis eorum tyrannide inli
cita cogitando famuletur.
unde
Plerique p(er) sapientissimum sal(o)
monem dicitur. Qui mollis & deso
lutus est in opere suo frater est sua opera
dissipantis. Inchoata bona fortis
operantis manus ad perfectionem
non sublevat si supra operiendi remis
sio contra hoc quod operatum est
pugnat. Monachus qui cepta bona

districte non exequitur dissolu
tione neglegentiae manum distru
entis imitatur. Sardis eclesiae
ab angelo dicitur. Esto uigilans
& confirma cetera quae mori
tura erant. Non inuenio opera
tua plena coram d(e)o meo. Quia ig
tur plena coram d(e)o eius opera inuen
ta non fuerant moritura reliqua
& iam quae erant gesta p(re)dicebat.
Si quod mostis in nobis e aduita
non accenditur hoc etiam extin
guitur quod quasi ad uiuum tene
tur. In hoc mundo humana anima
quasi more nauis est contra ictum
fluminis conscendentis. Uno in
loco nequaquam stare permittitur
quia ad ima relabitur nisi ad sum
ma conetur.

SENTENTIARUM LIBER
SECUNDUS EXPLICIT
INCIPIT LIBER TERTIUS:

I. DE UOLUNTATE D(E)I
AC PR[AE]MISSU:

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0188